



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De curando cadauere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

*Prouia. 7.
vslap.*
denuncientur. Idemq; de septimō, & tū
gesimo, & alio huiusmodi officio prēste-
tur, adhibita breui cohortatione ad orā-
dum pro mortuis.

Quod si huiusmodi anniversarij dies in
Dominicam, aut aliā diem, quā ecclē-
sia præcepto, aut consuetudine colatur,
incident; officia mortuorum transferan-
tut, non quidem in sequētē diem, pro-
ut in sanctorum officijs sit, sed in præce-
dentem, ut antiqui est instituti.

Postquam corpus sepulture trāditum
est, Parochi eos ad quos pertinet, pīe
hortabuntur ad sacra diuinorum officio-
rum suffragia mortuis præstanta: qua in
re illud caueant; ne quod pietate addu-
cti suadere debent hæredibus mortuo-
rū, id cupiditate impulsi molestius flagi-
tent, ac sic fidelibus offensioni sint.

Porrò tempus opportunum ad huius-
modi officia pro defunctis celebranda
ecclēstiaſtico ritu introductum est dies
tertia, septima, trigesima: & anniver-
saria: quod non ita intelligendum est,
vt alijs diebus pro mortuis sacra officia
præstare non liceat, sed quod his die-
bus mortuorum commemoratio celebra-
ri consueverit; cuius ritus mysteria à sa-
cris scriptoribus traduntur. Nogam au-
tem diem, quia superstitutionibus genti-
lium non vacat, nunquam ecclesia catho-
lica admisit, vt S. Augustinus præcipue
testatur.

Consueuerunt etiam alijs quadragesimū,
alijs quinquagesimum, alijs sexagesimum,
alijs denique centesimum diem in defun-
ctorum memoriam celebrare, vt potē
qui mysterijs non vacent.

Missa defunctorum, corpore præsente
omni die celebrari potest, præterquām
in parœcœ, & paschate: quibus diebus
non licet corpus sepulture trādere, nec
Mißam pro eo cantare.

*Prouia 6.
vslap. dioc.
11.p.421.*
Orationē vespertinam pro mortuis
in hac prouincia institutam Parochi om-
nino retineri studeant; ac prōpterea s̄pē
accurata cohortatione ad illius stu-
dium, vsumque perpetuum parochiales
suos inflammare studeant; centum dierū
indulgentiam proponentes, ijs à Gre-
gorio XIII. concessam, qui sono cam-
panæ moniti, pro mortuis pīe ricitarint
psalmum. Deprofundis, aut orationem

dominicam, aut salutationē angelicā
ter dixerint.

Quæ oratio ab omnibus in omni pa-
rochiali ecclesia eadem hora, nempe a ſte-
te prima hora noctis, h̄yeme vero ſecunda
hora habeatur.

Cuius orationis significatio campanæ
ſono ſiat, ritu salutationis angelicæ, ita ta-
men ut inter primum & secundum cam-
panæ ſignum, necnon inter ſecundum &
tertium, tres etiam ictus campanæ di-
ſtincti breuiffimo intervallo dentur.

De curando cadavere.

Potquā anima egressa fuerit de
corpo, corpus domi lauari debet,
& omnino ita curari, ut quādiu ſtē-
rit ſuper terram, non fæteat. Illud au-
tem monebunt Parochi, ut virorum cor-
pora à viris, mulierum autem à mulieri-
bus curentur. Vetiatur deinde corpus
vestibus communib;.

Tum qui aderunt sacerdotes, aut ipſis ab
ſentibus, laici dicēt orationes, [Deus ve-
niæ dator. &c. aliam item. Deus qui hu-
manarum &c.] ſuo loco diſpoſitas.

Collocabunt deinde corpus ſic indutū,
vel ſuper mensam aliquam, vel in terra
loco decenti ſuper aliquod stragulum,
aut tapete, & ad pedes, caputve lemp̄
candelam accensam habebunt; parua
item aliqua Crux ſuper pectus, & inter
manus defuncti ponatur: aut ubi Crux
defit, manus in modum crucis componā-
tur. Sæpè etiam aspergatur corpus aqua
benedicta.

Quibus non liceat concedere ecclēſiaſ-
ticam ſepulturam.

Studeat Parochus cognoscere, qui-
bus ſepulturam ecclēſiaſticam con-
cedere non liceat: caleatq; ne aliquem,
contra quām ſacrorum canonum iure
ſtatuitur, ad illam admittat. qua de re
hæc illi ex ſacris doctrinis deprompta
ſunt.

Negatur ecclēſiaſtica ſepultura pag-
nis, Iudeis, & hæreticis, cum eorum fau-
toribus.

Excommunicatis maiori excommunica-
tione, etiam iniuste, qui in eoru obitu ab